

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

De Sanctorum Festiuitatibus Annitotius - Nvnc Demvm Integre Svppleti,  
Concionibus per octauam Vener. Sacramenti suo ordine intersertis

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

In Festo S. Annæ Matris B. Mariæ Virginis. Simile est regnum cœlorum  
homini negotiatori, &c. Matth. 13. 1. De B. Virginis perfectionibus. 2.  
Vtrum S. Anna pluribus nupta viris. 3. An plures illi, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56205](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56205)

fessorum ac Doctorum, qui præter sanctam quam duxerunt vitam etiam varia litteris mandarunt, ut hoc vos p[ro]cto edocerent, vi que proficeretis, tot præclaras vobis posterisque monumenta reliquerunt. Huiusmodi sacerde S. Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, sanctus Thomas & Bonaventura, aliquique permulti. Reminiscamini quoque tot glorio[s]orum Martyrum, qui postquam scientia vos & virtute imbuunt, pro eadem quam docuerant fide mortem etiam oppetere grauenon duxerunt, & quam propoluerant veritatem sanguinis sui sigillo confirmare. Verum memento in primis sanctorum ac diuinorum Apostolorum, qui ut Euangeliū vobis annuntiarent, & mysteria sancta tradirent, tantopere laborauit, sudarunt, tantum terratum peragrarunt, tamque grauia tam diuersis rationibus passi sunt; in primis vero S. Iacobi nostri nolite obliuisci.

Quam porro æquum est, sancte Apostole, perpetuo tui meminisse, & quæ in mundum vniuersum contulisti beneficiorum immortalē inuolatamque memoriam tueri, cùm de numero duodecim illorum Ecclesiæ Doctorū fueris, quorum singuli in Spiritu sancti academia edocti sunt, indeque egressi vniuersum mundum erudierunt. Cum in quam ex primis orbis Christiani campanis fueris, quarum per omnes orbis angulos sonus est exauditus, & quæ omnes omnino nationes ad sacra mysteria, ad sanctissimorum Sacramentorum prædicationem ac perceptionem compulerunt. Aequissimum inquam & par est, ab omnibus te coli ac suscipi, admirabilis Apostole, qui inter regios illos recenseris Prædicatores, qui primi in Petri Ecclesia appartenentes, veritatem docuerunt, et rores iugularunt, idolatriam euerterunt, Philosophis ora obturauit, mundi sapientiam obmutescere coegerunt, crucifixi honorem stabiluerunt, religionem in tuto collocarunt, & aduersus Gentes decertarunt. Sancte, inter omnes Sanctos admirabilis, inter concionatores tonitu, inter martyres ductor, & inter Apostolos amicos Redemptoris amicissimus: omnis enim quam magnam tu colend, honorandi, laudum que tuarum euulgandatum rationem habet Ecclesiastis, vero cuius filij etiam multo maiorem, tuam admirando vitam, mortem, martyrium,

Laudes &  
elogia S.  
Iacobi.

felicemque ex hoc mundo transitum, fidem & bonum sanctæ conuersationis tuæ ex ea plumbi m[od]i, ut ad eam nostram conformantes, & sanctarum virtutum tuarum vestigia sequentes, tuasque diuinæ prædicationes opere ac re ipsa exequentes, & Deum tui exemplo metuentes ac seruientes, æterna donati gloria, qua modo ipse in altero potiris seculo, mereamur, ad quam nos Pater, & Filius eius unigenitus, ac Paraclitus Spiritus S. vnu in perlonarum Trinitate Deus post decursum mortalis huius vitæ stadium perducere dignatur, Amen.

IN FESTO S. ANNAE MATRIS

B. MARIAE VIRGINIS.

Partitio

- I. De B. Virginis perfectionibus.
- II. De S. Anna, an pluribus nupta viri.
- III. An plures illi, preterquam una, fuerint filii.
- IV. De S. Anna matris Deipara dignitate.
- V. De eiusdem sterilitate, alijsq[ue] mirabilibus in ipsa consideratis.

*Simile est regnum cœlorum homini negotiatori querenti bonas margaritas.*  
Matth. 13.

F I G V R A.

Sancta illa Sanctorum, in qua arca testimoniij inferenda erat, locus erat dignissimus, ac summopere venerandus, atque adeo gloria & diu ijs inclutus, nihil vt dignius, illustrius, ac diuinius vetus illa Iudeorum Synagoga habuerit. Videtur huic aliqua ratione B. mater Anna assilnilari pariarique posse, quia enim sancta hæc creatura, velut quadam Sancta Sanctorum, destinata ac selecta erat, in qua mater filij Dei unigeniti, vera illa fœderis ac testi monij area collocaretur ac requiesceret; hinc sanctitatis ac benedictionis quidam locus fuit, matrona honore & gratijs, & virtutibus referta, ac creatura omnib[us] adeo numeris perfecta.

festa & absoluta, ut vnum ex inclitis Ecclesiis miraculis seper & habita sit, & habeatur, & in perpetuas generationes sit habenda. Ut quid à parte rei subsit, sciamus, & tantum hodie in illam laudum & elogiorum effundamus, quantum antea perfectionum ac meritorum Deus in ipsam cōculit, Spiritum paracletum rogemus, nobis ut opituletur, ac glorioissimam Virginem Mariam, ad quam res hęc potissimum spectat, cum sacrissimā eius fuerit mater, sua ut intercessionē dicentes minime desit, quocirca ommes oculis, animis & genibus in terram deieatis dicamus.

## AVE MARIA.

*l. 28. l. 29.* Dauid Rex de magnifico illo templo, quod à filio Salomone aedificandū erat, & ad cuius fabricam constructi non emque tantum aurum argenteum ac varia suppellectilis coaceruarat, actantum sumptuum impenderet, ut nemo non obstupeceret, loquens his sermonem verbis est ex oris. Grande opus est, neq; enim homini preparatur habitat, sed Deo, hominum omnium coaditori. Par æquumq; videtur, Auditores, ut quoniam hodie de fecundi illustē pli, sed animati & penitus admirabilis fabrica sermo insti tuendus est, ab ijs ipsis verbis eum ordiamur, dicentes, Grande opus erat, neq; enim homini preparabatur habitat, sed Deo. Opus inquam admirabile, & res sublimis, ac non nisi summi Dei inceptū erat sanctæ huius Virginis generatio, in qua non homini, sed Deo, nō simplici creaturæ, sed rerum omnī condito destinata ac preparata habitatio erat.

*l. 30. l. 35.* Omnia magna hac Virgine concidunt. Hinc profecto oportebat omnia magna, admirabilia & magna sita in ea concurrere, cōceptionem inquam beatam, natuitatem gloriosam, vitam plane diuinam, mortem mirabilibus plenam, gratiam incomparabilem, gloriam inestimabilem, aliisque grandia, & communem naturæ ordinem transcendentia. Et sicut oportebat, ita & factū est: nā quidquid in illa fuit, sumū fuit, ingēs, gloriaq; & excellētia plenissimum, lux a illud Psalmographi vaticinum, Gloriosa dīcta sunt de te ciuitas Dei, quod nimis sine peccati originalis macula cōcepta fuisti, quod tota pulchra nata sis, quod gratia fueris plenissima, celi terraque regina, Messiae mater. Gloriosa ergo dīcta sunt de te. Ut porto hanc de Virgine gloriofa prophetiam cōpiendam conster, audite quid dicat Damas-

cenus, Et quam aliam ciuitatem intelligemus quād eam, qua Deum suscepit? de qua gloriofa Orat. 1. de dorm. Virg. ab ipso Domino dicta sunt:

Germanus Archiepiscopus & Patriarcha Constantopolitanus, de Virgine hac sermo In orat. de cum incidisset, non nisi per admirationes, ex Virg. clamationes, & apostrophes loquitur, Omnia tua, inquit, sunt admirabilia, ô Deipara, omnia supra naturam, omnia ingentia, & aliorum vires superantia. Et sane numquam vel minimū Virginis peccati nācum contraxisse, numquam in Dī perfectio-  
sui amore deliquium fecisse, numquam ad illes superat luftes solis huius radios vel minimum con- perfectio-  
niuisse, numquam in voragine illas peccati nes aliarū prolapsam esse admirabile profecto fuit: ma- creaturearū.  
trem simul suisse & virginem, sine dolore villo  
peperisse, cor, unctionis expertem, manisse, in  
cineres non abiisse, communem naturæ ordi-  
nem transscendit: verum ab omni aeternitate  
prædestinata fuisse, Dei vnigeniti matrem  
fieri meruisse, ceterarum creaturearum vires  
longo superat intervallo.

Ipsamet Virgo hæc omnia agnoscens, &  
suam beatitudinem prædicā, gratias agit Deo  
dicens: Quia fecit mihi magna qui potens est, Luctu  
ideo magnificat anima mea Dominum, nec  
immetu ita locuta est, certissimum est enim  
Deum, qui sanctus & potens est, magna mira-  
biliaque sanctæ huic Virginis præstissime, ma-  
gna per gratiam, magna per gloriam, & magna  
per naturam. Magna inquam per gratiam, cū Virgo in  
Angelus eam p̄enam gratia salutarii, & ipsa  
sola plus gratiæ habuerit, quam sancti sancte-  
que oēs simul. In huius rei testimoniu adfero  
illud è Proverbijs, Filia multa congregauerunt  
sibi diuinis, tu supergressa es uniuersas: Item  
illud Ecclesiastici, Et in plenitudine sanctorum  
detentione mea quin & illud è Canticis, In horto  
meo omnia poma noua & vetera tropicæ ac  
figuræ denotabant, sanctam hanc Virginem in  
animæ suæ horto omnigenos, tū nouos, tū ve-  
teres fructi, id est, virtutes oēs, gratias & vni-  
uersas sanctorū, sanctarūq; omniū, qui in ve-  
teri ac novo Testam. iā inde ab orbis primor-  
diis vixere, benedictiones comprehendisse.

Magna per gloriā quoq; Deus ei præstittit, vt  
pote qui cā cū corpore simul & anima in celos  
subuixerit, & super oēs Angelorū hierarchias  
collocari: quod eos in tantum stuporem ad-  
mirationēq; cōpulit, vt simul oēs extra se quo-  
dammo-

Cantic. 7.  
Ecclesi. 24.

Virgo An-  
gelos supe-  
rat gloriaj.

Cant. 6.

dammodo rapti dixerint; *Quae est ista, quae pro-*  
*greditur quasi aurora conjungens, pulchra ut*  
*luna, electa ut sol, terribilis ut castorum acies*  
*ordinata?* Aurea plane verba, & Angelorum  
ore digna, & insignes Virginis huius perfe-  
tiones includentia. Fuit enim *instar auroræ*  
ante vitam in conceptione, pulchra ut luna in  
vita, omnis peccati & corruptionis experts, elec-  
ta etiam ut sol post mortem, in glorificatio-  
ne, terribilis denique ut castorum acies ordi-  
nata, iam scilicet in Ecclesia ad fidelium om-  
nium tutamen, ac defensionem.

Virgo re-  
gia stirpe  
prognata.Virginis  
Genealogia

Matt. 1.

Gen. 49.

Psal. 86.  
Virgo san-  
ctos habuit  
parentes.

*Magna denique per naturam in gloriofa*

*hac Virgine à Deo facta sunt, erat siquidem, si*  
*mundi maiestatem ac pompam sp. etemus, è*  
*nobili ac magna prognata propagine, è stirpe*  
*regia ac domo David, & veterum Patriarcha-*  
*rum sanguine, quibus nulla in orbe extitit*  
*prosapia nobilior, descendens. Matthæus eius*  
*stemma indagans, & genealogiam texens, lô-*  
*gam deducit ieriem, qua eam iam inde ab A-*  
*brahamo, Isaaco, Iacob, Davide, Salomon,*  
*alijsque inde sequentibus regibus arcet sit ad*  
*visque Joseph, cui ipsa in coniugem data, Liber*  
*generationis Iesu Christi filij David, filij Abra-*  
*ham, &c. quem deinde hoc concludit epiphono-*  
*nemate, Jacob autem genuit Joseph virum Ma-*  
*rie, de qua natus est Iesus, qui dicitur Christus.*  
*Concludam ergo ipse, eam & per naturam, &*  
*per gratiam, & per gloriā magnam semper*  
*extitisse.*

Adhæc, ad magnitudinem eius & excellen-  
tiā non parum facit, natam fuisse parenti-  
bus & nobilissimis, & sanctissimis, Ioachimo  
in quam & Anna, ambobus è stemmate regio,  
& sceptrige, id est, è tribu Iuda, è qua iuxta  
illud Iacobi præsagium, *Non auferetur sceptrū*  
*de Iuda, & Dux de fæmore eius, donec veniat,*  
*qui mittendus est, Reges Israel nascituri erant,*  
*descendentibus.* Et de sanctis his ac millies  
honorandis parentibus aliis quidam Propheta  
prædictis mystico sensu, *Fundamenta eius in*  
*montibus sanctis.* Et tametsi ad literam hoc de  
Ecclesia intelligi queat, cuius fundamenta  
sanctissima fuere, Apostoli scilicet, viri nem-  
pe vita sancti, & auctoritate, & dignitatis mag-  
nitudine in hoc mundo montes, mystice ta-  
men non in seite de Deipara capi poterit, cuius  
fundamenta, id est, concepcionis, nativitas, origo  
& extractio in montibus sanctis, id est, paren-

tibus piissimis, religiosissimis, iustissimis,  
sanctissimisque fuerunt.

Ciuitatis ecclesiæ muri fundamenta è gem-  
mis pretiosissimis constrata sunt. *Virgo Dei-*  
*para* in signis quadam ciuitas fuit, ac ciuitas  
plane ecclesiæ, cuius primus fundator fuit  
Deus. *Et ipse fundavit eam altissimus:* veri-  
mille ergo sit, fundamenta eius, conceptione,  
id est, originem, ortum, nativitatem omnigenis  
gemmis, id est, omnigenis gratijs, donis,  
charis inatis, benedictionibus ac prærogati-  
vis insignitam fuisse. Ac minime dubitandum  
est, quin è parentibus sanctissimis descenderit,  
quibus nulla aut honoris, virtutis, sanctitatis,  
aut iustitiae pars defuerit.

Hac de re hora hac matutina ad vos dicere  
decreui, & proprio Numinе beatissimæ ac sa-  
cratissimæ Annae, reginæ hominum simul &  
Angelorum, quæque filium Dei mundo pe-  
perit, matris vitam, virtutes, & mirabilia om-  
nia decurrente constitui. In quo vt methodice  
certo procedam ordine, duas concio par-  
tes habebit, primo sanctæ huius matronæ con-  
jugium ac genus exponam, deinde ad eius pre-  
conia dilabar.

Primo ergo indubitatum est, sanctam S. Anna Annam, parentibus annuentibus, Ioachimo Ioachimo  
viro integrissimo honore ac virtute pleno, nupta Nazareth orto nupsisse, ipsam vero Bethleemi, quæ duo oppida tribus sunt Iudeæ, natam fuisse. Quod vt manifestius & euidentius pa-  
tescat, illa prius dissoluenda controversia, quæ num Anna in scholis, & inter Patres & Ecclesiæ Doctores plures ha-  
agitari consuevit, num scilicet sancta Anna Deipara mater solam hanc & vnicam habue-  
rit filiam, & maritum vnicum, an vero plures & filias & coniuges. Magna sane hæc difficultas est, & perantiqua, & iam à multis inter Ec-  
clesiæ Patres sacerdles acriter ventilata & disce-  
pita. In duas diuersi abeunt opiniones simul omnes, & duæ eorum statuuntur partes & co-  
hortes.

Prima, eaque vulgaris, quæque & numero  
potior, pars docet sanctam hanc matronam  
tres habuisse maritos & filias, & è singulis sin-  
gulas sustulisse. Opinionem hanc propugnant  
multi & perillustres viri, iisque numero pluri-  
mi, D. Antoninus in Historijs, Magister Hi-  
storiæ in historia Euangelica, Petrus à Na-  
tibus Episcopus in Catalogo, Ludolphus in  
vita

Vita Teli Christi, Eius sermone de sancta Anna, Petrus Sutor libro de triplici Anne cō-nubio, Ioannes Gerson Vniuersitatis huius Cancellarius sermone de Natiuitate gloriosissime Virginis, aliquae permulti.

S. Anne  
genealo-  
gia.

S. de na-  
tione. Diplo-  
ma.

Mantua-  
nus in Fa-  
tum:

Glossord.  
ad Etorem  
Gal. I.  
I. Ratio.

Tradunt ergo hi ac sustinent, B. Annam primò nupsit Ioaichimo, eoque mortuo, Cleophae quin & hoc vita funeto, cuidam tertio, nomine Salomae: Ioaichimo peperisse gloriosam Virginem Dei matrem, & Cleopha sustulisse Mariam illam, quae vulgo ab Evangelistis nomine patris sui Maria Cleopha nominatur; Salomae natam illam tertiam Mariam, quae in Evangelio itidem Maria Salomae dicitur. Deiparam matrem Iosepho, Mariam Cleopha Alpheo, Mariam Salomae Zebedaeo nupsit. Filios autem trium harum sororum fuisse, primò Deiparae Iesum Christum, verū Dei filium, ac mundi seruatorem, Mariam Cleophae quatuor peperisse, Iacobum minorem, Simonem, Iudam, & Iosephum cognomento Iustum; Mariam Salomae duorum tantum matrem factam, Iacobi scilicet maioris & Iohannis Euangelistae. Sacram hanc genealogiam versibus his complexus est Gerson loco superius indicato:

*Anna tribus nupsit, Ioaichim, Cleophe,  
Salomaq;  
Ex quibus ipa viris peperit tres Anna  
Marias:  
Quas duxere Ioseph, Alpheus, Zebede-  
usq.  
Prima Iesum, Iacobum, Ioseph cum Si-  
mone Iudam  
Alteradat; Iacobum dat tertia, datq.  
Iohannem.  
Quin & in Fastis suis sacris Baptista Mantua-  
nus:  
Anna puerperio fortunatissima sancto  
Tres habuisse viros, & tres habuisse pu-  
ellas  
Dicitur, &c.*

Validis opinio hæc nititur fundamentis, & prægnantissimis asseritur rationibus. Quarum hæc prima est, & Glossam Ordinariam vt au-

*Bess. de Sandis.*

cobi præfigit. Duo hì opinionem hanc & rationem primam mirificè confirmant & correborant.

Secunda. Certissimum est, & è multis Scri- 2. Ratiō.  
pture locis aperte eritur, Christo fuisse fra-  
tres & sorores, vti illo Iohannis 2. Descendit in Ioh. 2.  
Capharnaum ipse & mater eius, & fratres, &  
ex epistola Pauli ad Galatas, Alium Apostolo- Gal. I.  
rum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Do-  
mini, & illo Matthæi, Ecce mater eius, & fra- Matth. 12.  
tres stabant foris quarentes ei loqui. Denique  
illo Marci 6. Nonne (aiunt Iudei) hic est filius Marc. 6..  
Maria, frater Iacobi & Ioseph, & Iude & Si-  
monia? nonno & sorores eius hic nobiscum sunt?  
fratres autem hi Virginis proles non erant,  
quod vel cogitare impium foret; ergo foro-  
rum eius filii, & Iesu Christi consanguinei, at-  
que idcirco fratres eius dicti.

Tertia. S. Iohannes Euangelista Christo san-  
gogene fuit proximus, vti ex Euangelio collige- 3. Ratiō.  
re est, verisimile ergo fit, illum è gloriofa  
Virginis forore natum esse. Probatur afflum-  
ptum. Indecens enim fuisset & minimè ex Dei-  
paræ honore, tanto eam tempore cum viro  
commorari, & tamcum codem familiariter a-  
gere, cui non consanguinitatis gradu iunctissi-  
ma ficeret. In rei huius confirmationem facit,  
quod mater eius primas à Iesu Christo sedes e-  
ius in regno filii suis petere ausa fuerit, nixa  
videlicet maximè illius necessitudinis vincu-  
lo, & consanguinitate, utpote sacrissime Vir-  
ginis soror, ac proinde materterea eius, à quo  
rem hanc tam enixè contendebat.

Quarta. Iohannis capite 19. Maria Cleophae 4. Ratiō.  
manifestè clareque matris Dei soror dicitur,  
his verbis, *Stabat*, inquit Iohannes, *iuxta aru- Ioh. 19,*  
*cem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria*  
*Cleophae, & Maria Magdalene.* Si ergo eam Iohannes Deiparae sororem vocare non veretur,  
efficitur necessario, Annæ eam filiam fuisse.  
Hæc sunt primaria opinioñis huius robora, &  
præcipua argumenta, quibus auctores hi ge-  
nerosè ac pugilicè suam hanc causam propu-  
gnant. Tametsi Scholasticus quidam saeculi Medina 5.  
huius scriptor eam mirificè labefactarit, eiuf. p. q. 38, art. 3  
que auctores vt vecordes & nescios lugillaris 3  
quasi nulla nixos neque Scriptura auctoritate,  
neque historiarum fundamentis, & omnes o-  
mnino Doctores rectius sentientes calamo  
eam ac voce oppugnare; esse enim petrana

scandalis, & vniuersalis omnium contradicitionis scopum. Hæc eius verba. *Huic sententia ab omnibus contradicitur, quippe qua nullum habeat fundamentum, neque in Scripturis, neque in historijs.*

**Secunda o-**  
pinio dic-  
tum S. Au-  
nam vni  
dumtaxat  
nupsisse.

**Euthymius**  
*Ioan. 19.*

**Theophyl. in**  
*Ioan.*

**Mar. 78.**

**In 3 p. D.**  
*Th. tom. 2.*  
q. 28.

**n. Ratio.**

**Decæna nō-**  
nisi synicum  
patit.

Secunda ergo opinio penitus contraria est, & in aciem prodit arma veritatis vibrans, declaratura scilicet sanctam Annam non nisi vi- ni coniugi nup̄am fuisse, & vnam dumtaxat filiam genuisse, gloriosam scilicet Virginem Mariam. Partem hanc vt pote probabilissimam tuerunt plures iisque grauissimi tum Græci tu Latinī Patres. Primus huic subscriptus Euthymius, qui in hæc Ioannis verba, *Stabat iuxta crucem Iesu, scribens, credit Virginem Deiparam vnigenitam matri filiam fuisse, assertq; sororem matrū Domini eo loco tantundem valere, quod cognatam.*

Eamdem veritatem tuendam suscipit Theophylactus inter Patres Græcos non vulgaris notæ, & ex ipso Ioannis loco negat Mariam Cleophae Deiparæ sororem fuisse, sororem tamen dictam, id est, cognatam. S. Epiphanius eamdem sententiam securus, affirmit Mariam Salomæ Virginis Deiparæ sororem non fuisse, sed Iosephi filiam. Eidem veritati è nuperis scriptoribus additipulantur Lipomanus in historia Sanctorum; ei concinunt Illustriss. Cardinalis Baronius in suo ad Annales Ecclesiasticos apparatu, R.P. Canisius lib. 1. Maria- lis cap. 4. & inclitus ille Theologorum prin- ceps Franciscus Suarez, quorum omnium con- stans & indubitate opinio est, non nisi vnicum Annæ maritum fuisse, Iohachimum scilicet, & vnicam filiam, gloriissimam nempe Dei matrem Mariam. Quibus eas flabilunt rationibus, ad sexpotissimum capita reuocantur, quas iam ordine vobis deducturus sum.

Prima. Honor, excellētia, magnitudo ac dignitas sacratissimæ Virginis, in matrem Redemptoris selecta ac prædestinata, quoque miraculosa quadam ratione, post statim iam versusque parentis sterilitatem, in mundum nata erat, mercatur ac postulabat, solam eam & vnicam in sancta Anna familiæ esse, non secus atque Isaac in Abrahæ, ac Ioannes Baptista in Zacharie. Tradunt qui de animaliū natura scripserunt, non nisi vnicum semper è legna catulum nasci, quod scilicet quadupedum omnium rex ille sit, cui proinde natura socios patit.

aut fratres nascenti dare detrectat. S. Annam ergo, quæ diuino decreto ac nutu in matrem Deiparæ electa erat, verisimile sit nunquam aliam concepsisse prolem; & quia cunctarum illa creaturarum erat regina, huc hoc magnitudo & maiestas illius donari priuilegio digna erat.

Secunda. Nefas est cogitare, nedium credere aut affirmare, ea mulierem sanctimoniam, & honestatem, qualis sancta Anna erat, quæ post longam illam sterilitatem, singulari quadam Dei prærogatiua, nec sine miraculo, De param produxerat, tali filia ac coniuge Iohachimo contentam minimè fuisse, sed ex vita sancto alijs nupsisse, & ad tertias usque nuptias conuolasse. Redolet hoc enim, nescio quam lubricitatem, & animi inconstantiam sapit, & aliquam in caenales voluptates pronitat & incontinentiam viduis indecorum. Ut racciam hoc cum virtute minime consistere, castas au- res offendere, pudiciæ honori non parum affricare maculam, carnalitatem ac libidini trophæ etigere, mortificationem omnem tolle- re, & honesti nominis matronæ famam non mediocriter deterere.

Portia Romana, quam virtus & viduæ Portæ continentia apud omnes illustrem celebremq; Rom. se reddiderat, cum iuuençulanam quandam min- tenua de fisis extolli laudibus audiret, quæ ad secundas viduas se- patrici cuuifidam illustris nuptias traxisset, i cuncto subintulit, se eas patui facere viduas, quæ primo amissò coniuge in alium etiam quantu- tumlibet incluyum nobilem quæ virum amo- rem transfrerent; negabatque eam ex honestim habendam, quæ amore in priori coniuge exstincto in alium virum deriuabat. Si ex Portia sententia veræ ita se res habet, hinc sine dubio sequeretur, S. Annam post tot nuptiarū, celebrations non modò non laudandam vi- deri, sed & nomen decusque suum etiam ex- mundi lenteatia, non exigua macula infecisse.

Dicitur turtur, cui sponsam suam sponsus in Canticis patem esse dicit, quæque veræ ca- stitatis symbolum, & imago est continuitæ, amissò compare masculo, numquam alteri conti- nungi, sed in perpetua viduitate perseuerans semper in aridis arborum ramis nidos con- struere, & non nisi è turbidis cœnosisque aquis bibere. Quo naturali exemplo docemur, ve- ram honestarum matronarum fidem ac con-

LXXXVII.

tinentiam nonnisi in uno diligendo marito consistere, coequo extincto ad alias nuptias non conuolando. Verisimilē ergo sit, vi-dam adeō sanctam, virtutum studiosam, libidinis dominicem, pudorique ita deditam, qualis haud dubiē beata Anna erat, aibus insipientiorem, ac naturalis confuetudinis penitus immemorem, pudoris sui adeō negligenter cō incontinentia venisse, vt plures sibi iunxerit viros, & plures pepererit filias? Equidem in animum ut credam inducere nequo.

<sup>3</sup> Ratio. Tertia. Non solent parentes, vlo in loco, aut villas apud gentes, idem omnibus familiæ suis liberis nomen imponere, sed potius cō-trario nominum diversitate ac discrimine numerus familiæ inter nosam è sece natam prolem distingue, & licet probibus internoscere Aduersarij vero opinioñis huius docent tres sanctam Annam peperisse filias, & eodem M A R I A B singulas nomine donatas, quod nemini haec tenus vsum vel auditum, quare efficio, probabile a rationi consentaneum ministrare videri, inō nec verosimile, plures eam vnā filias habuisse. Quartam addamus.

<sup>4</sup> Ratio. Anna, matrona venerabilis, ætate iam prouecta erat, dum Virginem Deiparam edidit, non ergo deinceps duplex adhuc matrimonij inijicit, nec duplice matritum est. Annis grauen fuisse, antequam Mariam Virginem S. Anna 20. peperit, hinc eruo, quod viginti ipsis annis in matrimonio steriles manserit, yti in Brevario festivis. Romano legitur. Si ergo Ioachimo nupserit anno circiter ætatis vicesimo, quadragesimum haud dubiē agebat, cum primum sœum in auras dedit. Deinde vix credibile videatur, Ioachim illico post foetum editum ad Patres appositum esse, & viduam Annam cō defuncto ad alias statim nuptias transisse, tum aut secundum tam citò ex profrase, & cum ab Anna non deploratum & viduali planctum luctu esse, neve eam adeō coniugis impatientem fuisse, vt ad tertias statim nuptias conuolat. Ratio hæc valida mihi & consona videtur, & aduersarias acriter partes premere.

Accedat tamen & quinta. Ipse mundi Redemptor Iesus summus puritatis & virginitatis maternæ existit æmulator; ergo & continentia honestatisque in aua sua Anna. Non ergo permisit tot eam maritis, ac tam vario connubio iungi, quod ex parte probossum est, &

cuidens sumnu incontinentiae nota.

Sexta & ultima opinionis huius ratio 6. Ratio. Fidem omnem superat, quin inō ita se habere, cogitare plane nequeo, sanctam hanc Deiparæ Virginis matrem Annam inferiorem fuisse alteri illi Phanuelis filiæ Annæ, Lyc. 2.

qua Euangelio teste, cū septem in coniugio egisset annos, vidua ad annos octoginta quatuor mansit. Verisimile quoque non est, Iu-Anna filia dith pudore, virtute, puritate, & qualicumque Phanuelis demum castitate hac nostra Anna superarem vidua man-excellentioremque fuisse: utpote qua primo fit ad annū marito datum fidem adeō inuolatam Ian. 84. Etiamque custodiuuit, aliū ut cognoscere, aut Judith secundas conuolare nuptias noluerit. Quis cundō nu-ergo credit, inō vel cogite, Annam nostram bere nolue. his inferiorem imparemque longè fuisse? & Ioachimo viro prudentissimo, torque donis, virtutibus, meritis illustri, ac coniuge dilectissimo, ac primo defuncto, alijs dein duobus nupserit? quod reuera & absurdum, ac nefas est credere, & plane commentitium videatur, neque villam apud viros cordatos fidem inuenit.

His omnibus attente matureque examinatis, & rationibus utrumque allatis in recti iudicii libra appensis, secunda opinio & probabilius & certior videbitur, nec Ecclesia, Patribus, vel S. Scriptura vlo modo aduersari Non quidem Ecclesiæ, quod ipsa tum in Lectoriis, tum in officio de S. Anna, nullam trium eius maritorum, ne trium filiarum mentione faciat. Non etiam Patribus, nullus enim monio S. illorum triplex hoc matrimonium, triplicemque eius partum vel lingua, vel scripto afferuit. Anna op̄atio. Tum denique sacræ Scripturæ non repugnat; quidquid enim ipsa hac de re scribit, verissimum quidem est, et si tamen hiac efficeri non velimus, tot Annarū coniugibus iunctam fuisse, aut in genuis filias.

Ad horum stabilimentum, præter rationes iam antea contra aduersarios productas, velut Nouæ rationes productus alias quasdam conditiones, qui siderationes adnectam, obquarum pondus hæc bus probatum par. sequi, & tueri causam coactus. Prior S. Anna mō, quod nulla probabilis exstet historia, aut plures non monumentum certum, in quo planum fiat, habuisse duas Annas aut plures filias fuisse; credendum si. ergo potius, quod & dignitati Virgineæ conuenientius ac decentius, & ad eius decus, &

Iii. & matrix

matris honorem proprius spectat, quod de-  
num à veritate & equitate maximè dependet,  
ad alias eam nuptias non transiisse.

**2.** Secundò, docentes S. Annam plures vnā  
habuisse filias, hoc dumtaxat è Iohannis cap. 19.

**Ioh. 19.** erunt. Dicunt tamen loci huius interpres, fororem ibi pto affini vel cognata accipien-  
dam, & sensum esse hunc, *Stabat iuxta crucem*

*Iesu mater eius. & soror matru eius, id est, affi-*

*nis, vel cognata matris eius, Maria Cleopha.*

**Marc. 6.** *Vt & illo Marci loco, Nonne & sorores eius, id*

*est, Christi cognatae, hic nobiscum sunt?* solet

siquidem Scriptura sacra fratum nomine co-

gnatos, & fororum cognatas exprimere.

Sexcenta huius phrasis afferre exempla queam,

quibus quod dico confirmetur, sed vnum è To-

biae historia deponam, vbi Tobias iunior ita

Deo supplicat: *Tu scis, quia non luxurie cau-*

*accipio fororem meam. quo loco cognata per*

fororem accipienda est: certum quippe est, Sa-

ram vxorem non fororem eius, sed cognatam

dumtaxat fuisse.

Atque hæc è magnorum il-

lustriumque Ecclesiæ Græcæ luminum scribiis

deprompta sunt, Euthymij inquam & Theo-

phylacti.

At si exactiore difficultatis huius habere

solutionem ac notitiam velitis, ac perspicue-

nosse, in quo hæc cognatio aut consanguini-

itas eorum, qui Christo sanguine adeò pro-

xiimi fuisse dicti sunt, consistebat, & quanam

fratres illi & forores attribuendi fuerit occasio;

sciatis oportet, Cleopham, Iosephi sponsi Dei

paræ fratrem, proinde affinitatis iure, Ma-

riam Cleophae, Deiparæ Virginis fororen-

fuisse. Ac properea S. Iacobum Minorem,

quod Cleophae (qui è B. de sententia alite, ci-

etus est Alpheus) esset filius, fratrem, id est,

cognatum affinemque Redemptoris dictum

est: ut enim S. Augustinus ait, *Omnis con-*

*sanguinei Virginis, fratres erant Christi.*

**Trad. 10.** Accedit adhæc, linguam Hebream ieu-

nam maximè, & in verbis inopem, & angustis

admodum limitibus circumscriptam, cum suis

in sensibus & concepibis se dilatare nequeat,

eiderat sèpè verbo pures dare significaciones,

casique inter se aliquando disparatas: cum è

contra Latina & Græca vberes sint, copiose &

verbis abundantes, latissimeque se diffinden-

tes. Hinc Hebræi verbis nominibusque desti-

tuti necessarijs, fratum nomine cognatos, &

fororum cognatas donant. Atque hæc prima-  
ria ac potissima causa est & origo, ob quam in  
sacris litteris fratres habuisse Redemptor dica-  
tur; quod nomen, cognatis exprimendis dedi-  
catum & usurpatum, sèpè etiam ad fratres de-  
notandos adhibetur. Non me fugit adhæc, Patres Græcos, Chrysostomum, Epiphanius,  
Origenem, aliosque in ea esse sententia, ac doc-  
cere, eos qui fratres Domini in Euangeliū di-  
cuntur, idcirco fratres dici, quod Iosephi es-  
sent filii, qui Virginis erat cōiux, & putatius  
hominum opinione, Redemptoris patens, sed  
hanc mouere in præsentiarum lité nolo, nec  
discutere: tum quod temporis coarctè angu-  
stis, tum verò, quod parui controversia huius  
dilectionis emolumenit fore atq; compendij.

Omnibus ergo ita discussis, examinatis, & Patens  
exploratis, notissimum est, sacratissima Vir. Deipar-  
ginis Mariæ, filii Dei matris, vniq; ac solius  
matris suæ prolis, parentes fuisse, Ioachimum  
& Annam, quos ob exinan castitatem  
turturum par dicere Damascenus non erubuit,  
quibusque hoc canit elegium: *O castissimum Oratt.*  
*par turiarum ratione preditarum, Ioachim &*  
*Anna! ô par beatum! vobis omnis creatura ob-*  
*stricta est: per vos enim dominum omnium donis*  
*præstantissimum creatori obtulit, nempe*  
*castam matrem, qua sola creatore digna erat. O*  
*beatum Anna! utrum, qui viuum calum ce-*  
*liu ipfis latius peperit!*

De iisdem sermonem instituens Nicēpho. Nicēpho. Nicēph.  
rus sic loquitur, *Ambo erant accurriore vita, cap. 7,*  
*præstantes, nec non primis quibusque & splendi-*  
*dissim nobilissimis genere coniuncti. S. G. e. Orat, di-*  
*gorius Nyssenus e nescio qua historia veteri Christi*  
*prodidit, Ioachimum Virginis patrem, inter illi-*  
*cos, qui in lege Mosaica summam vitæ perfe-*  
*ctionem sectarentur, atque virtutum exercitio*  
*se totos occuparent, quo tum moris erat, fa-*  
*cile principem & caput fuisse, & acquisitis ha-*  
*bitu virtutibus nimium quantum excelluisse.*  
Ipse quoque auctor libri, cui nomen de crux Apud Mi-  
virginis, apud D. Hieronymum, tribus verbis ron. tom. 4.  
& quam paucissimis, sanctorum horum con-  
iugum vita historiam complectitur, *Vita,*  
inquit, *Ioachimi & Anna simplex & redita a-*  
*apud Deum, apud homines irreprehensibiliter erat*  
*& pia. Ceterum fatus superq. Scholasticorum*  
*morte, questionibus dubiisque prima hac*  
*parte occurribus proponendis dissoluens*  
*disque*

disque immorati sumus ; iam ad moralia & ethica descendamus, & paucis S. Annæ perectiones, excellentias, laudes & præconia, quod altera nos parte facturos promiseramus , re-

censemus.

**IV.** Hoc ergo ut stadium decurrere incipiamus; vetus Ecclesiæ sanè traditio est, quæque ab il-

Hippolyt. lustris eminentibusq; Patribus asseritur, Io-

Mari. N. achium & Annam , è nobilissimo Dauidis

coh lib. 2. stemmate descendentes , Virginis Deiparae

bij. Eccles. parentes fuisse; ita namque docet Hippolytus

Martyr, Apostolorum discipulus, apud Nice-

phorum in historia Ecclesiastica , & concinunt

Epiphanius in hæresi Collyridianorum , & Io-

annes Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa.

Lib. 4. de fide. Adeo vt , cùm communè Ecclesiæ tradicio-

nem, tum manifesto trium horum Patrum te-

stimonio constet, gloriissimam Annam,

Vñā cum coniuge Ioachimo , è stirpe Dauid

progenitos fuisse , & domo nobiles & illu-

stres.

Accedit D. Augustinus. & Epiphanius hæ-

rebi 7. simili & D. Hieronymus , qui nobilitatem Ioachimi & Annæ cum eorumdem virtute, & stirpis familiæque decus cum vita sanctimoniorum parantes, nobilissimos eos iuxta ac-

santos firmos fuisse tradidunt, ac viginti ipsis annis prole & hærede ( quod Anna sterilis esset) caruisse: cumq; eæ quadriginta diebus assidue

iuuenio simul & orationi vacassent, apparuit

se ipsi Angelum , & Virginis Gloriosissime

illis nativitatem promisi. S. Hieronymus in

alia discedens, in tres eos partes facultates suas

at dispersit, quarum prima templo cef-

sit cultuque diuino , secundam pueris

tertiam denique in vita necessaria refer-

uantur.

**Ioachim &** A Ioachimi autem laudibus commemo-

**Annabona** randis supersepebo , cum S. Annæ dumtaxat

sua in tres recensere sit animus ac sententia: tametsi fieri

nequeat, quin laudata vxore simul & claudetur

maritus. Vc enim in facultatibus, pietatis exer-

citijs , amore , affectu alijsque rebus pijs con-

iunctissimi fuere , ita & in laudibus & præco-

nij inseparabiles iunctique sint oportet ; die

Quatuor in tamen hodierna Annæ solius Panegyristen

facilius agam. In quo, si quod à nomine trahendum

ris Annæ omen est & augurium, dico, quatuor in sacris

nomina re litteris Annas reperiiri, & eas omnes sanè per-

ceperimus. illutres, virtute nobiles, sanctitate admirabi-

les, æternisque singulas dignas laudibus.

Primam inde hoc dictam nomine com-

1. Reg. I.

perio matrem Samuelis , de qua primus Re-

gum meminit liber, cordatum illam, pruden-

tem & illustrem Annam, cui vicissim maritus

prudentia, honestate, ac pietate eximius obti-

git Helcana de Ramathaim. Etat hæc simili-

ter sterilis; quo i illa probrum parum æquo fe-

rens animo, & prolem à Deo postulans cæli-

tus fuit exaudita , filiumque Dei dono nausta

est, qui Samuelis donatus est nomine : quem

ablatum ipsa ilicò in omnem Domini tum

in Silo commorantis attulit , & ei à quo ac-

ceperat obclit, eiusque cultui & ministerio

volut æternum esse consecratum.

Secunda, quæ hoc nomen promeruit, fuit

illa è tribu Nephthysim , tempore cantiuitatis

tribuum Israhel in Ninive, viri sanctissimi To-

bijæ vxor, & Tobijæ, qui Raguelis duxit filiam,

& Angelum Raphaelem indiulsum viæ lon-

ge comitem habuit, mater.

Tertia fuit filia Phanuelis , quam Lucas E. *Luc. 2.*

angelista depingit, ea castimonia & sanctitate;

vt insigni continentiae nota ad annum usq;

que ætatis octogesimum in viduitate permane-

serit; sanctificare verò testatura, assiduo ieu-

nio precibusque vacauerit, nocte dieque à tem-

plo non recedens, quæ propterea una cum Sa-

cerdote Simeone donum prophetæ prome-

runt, cùm infans Iesus in templum illatus est

Dominō praesentandus.

Quarta vero ac postrema, omniumque no-

bilissima ac sanctissima, fuit S. Anna glorio-

sissima Virginis mater, quam hodie Christia-

nus orbis quia pater, colit & reueatur.

Non me latet insuper , fuisse & apud Ro. *Anna Pe-*

*manos* olim Annam, cui nomen *Perenna*, cu. *renna mu-*

*ius* tam illustre apud eos erat nomen & fama, lierapud

vt in Dearum relata sit numerum. hinc inter ethnicos

varios disceptatum est, eque nam hæc femi-

na foret, & vndenam venisset. Credunt siqui-

dem nonnulli Didonis tantoperè à Poëtis ce-

lebrata sororem esse. Alij Lunam esse sibi

persuadent, quod è mensibus anni constent, ac

proinde ipsa temporis longitudo ab ijs de-

pendeat & in ijs sita sit ; menses quoque ad

lunæ cursum & distinctionem dimicantur.

Alijs infedit opinio, Annam hanc Perennam

celebrem Rome matronam fuisse, quæ com-

meatu olim Populo Rom. summa annonæ

*III. 3. penuria*

*Anna ma-*  
*ter Samue-*  
*lis.*

penuria laboranti & ad extrema redacto auxilio fuerit; adeò ut nisi pia haec mulier opem tulisset, fame omnes ad vnum perirent. Hunc communi senatus consulto statua illi à repub. in grati animi signum beneficijque accepti memoriam decreta est, vique ita perpetua & perennis apud Romanos foret, & semper à populo coleretur, per quam factum erat, ne funditus populus intericeret. Meminere huius Poetæ, & Ouidius in fastis in primis:

*Ipsa loqui visa est, placidi sum nymphæ*

*Numici,*

*Anna Perenna latens, Anna Perenna*  
*vocor.*

Tametsi vno omnes ha: fabulae & Poetorum commenta ad veritatem vel hilum facerent; equidē vobis ipse auctor sum, vt credatis, inter Annas omnes, quas tantopere orbis suscepit, coluit, & reueritus est, nullam laude digniorum illustrioremque hac ipsa nostra, Virginis sanctissimæ matre, & matronarum omnium, quas vlla viderunt secula, regina existisse. Hac ipsa p̄t omnibus & inter omnes, honoris statuas, trophæa, pyramides, marmores ærealesque statuas & rostratas, quin & immortale nūnquamque intermoriturum non meretur.

Non possum, quin mecum ipse rideam, dum veterum inepias Philosopho:ū accuratiū perpendo, disceptantium ambigentiumque, num mulierum essent virtutes deprædicandæ publico:que decantandæ præconio. Plutarchus sanè magnus ille vir docere non est veritus mulierum nec virtutes, nec vita esse cuiquam manifestanda; credebatque illam inter fœmina omnes & primam & ignitissimam mulier. Gorgias Leontinus aiebat matronatum virtutes diuulgandas.

*Plutarch.*  
*in de virtutib.*  
*mulier.*

*Gorgias*  
*Leontinus*  
*aiebat ma-*  
*tronatum*  
*virtutes*  
*diuulgan-*  
*das.*

Et sa: è prudenter admodum & sapienter Philosophus hic censuit; cuius opinioni etiam accedens Spiritus sanctus mulierem bonam sanctamque dep̄iædicandam docuit, quia:que virtutes, & bona opera merita; pas-

sim celebranda. In Proverbijs namque legimus, *Date ei de fructu manuum suarum.* <sup>Pro. ii.</sup> Laudate eam in portis opera eius, in omnium scilicet conspectu. Si qua autem vñquam laudari meruit mulier, Anna certè in primis laudem & præconia præmeretur, cuius nimurum opera manuum planè fuere admirabilia, & virtutes quodammodo infinitæ.

Sanè si Dei sanctos, & in sanctis Deum laudare & celebrare iubemur à Pſalte dicente, <sup>S. Anna</sup> *Laudate Dominum in sanctis eius.* longe sanè ne peccato: originali concepti, & in Anna præsertim laudandus est; de cuius virtute ac sanctitate minimè est dubitandum, cum certissima credamus fide, Deiparam ab illa sue peccati originarij labore conceptam esse, eamque diuinitas inter reliquas mulieres electam, quæ Messia uia sorbet. Ecquæ hæc dignitas, quantum hæc illi honorem adferat & decus? quantopere hæc caritatis illam præfert mulieribus?

Vt singulares olim prærogatiwas ac beneficia quædam ingentia Abrahæ & Dauidi promisit Deus Messiae illos proaños & maiores, tametsi longa:ne potum interiecta serie, fo:ce. Atque hæc fuere beneficia illa magna, quæ Dauidi & Iahian Propheta exprobrait dicens, *Si hec rili parua videntur, adiçiam tibi maiora.* <sup>2 Reg. ii.</sup>

Magna Dei beneficia eaque temporalia & corporalia in Dauidē cœlitus collata, iā recensuerat, & maiora silentio inuoluti. Sed quenam illa: sanè, vt alia prætermittom, quod promisum cœlitus accepisset, e:us è posteris Messiam oriturum, *De fructu ventri tu:ponam super sedem tuam.* Quod adeò magnum im mensum est beneficium habitum, vt idcirco in lachrymas p̄torupisse Ezechiam regem, audito è Propheta propediem se inopinatō emoriturum, auctor sit Diuus Hieronymus. <sup>4 Reg. 20.</sup> Videbat namque iam illiberem se esse, hæc Lachryma de omni carere, ac proinde mortente se, prop̄missum Dauidi de Messia è se nasciuro factum penitus concidere & euaneſcere. hæc sci licet lacrymarum illi ac doloris causa erat. Quid: si tam illustre, & vt ingens habitum fuit beneficium, Messiae ac Iesu Christi parentem nonnis longe dissipatum esse, quæstueret Abraham, Dauid, & Ezechias; quanto maior, obsercro, futura gloria, quantoque dignius, proximum eius parentem, quia immo auiam exulteret

*Honorific Sanctæ Annae reseruabatur, ut  
pote omnium honorum maximus ac præcel-  
lentissimus.*

*68.17. Abram Patriarcha dandū sibi è Sara fi-  
lium auctiens, qui à Deo benedicendus esset,  
ilico in terram pronus ac venerabundus con-  
cedit, non tam coram Deo se humiliatus,  
eique gratias acturus, quād tantū sub  
beneficii facte & onere faticens, suis id hu-  
meris pondus minimè sustinere se posse fate-  
retur. Quid de sancta ergo Anna dicemus, quād  
in Dei filii auiam proximamque mundi Re-  
depositoris parentem assumpta fuit; anne quid  
simile inquam homini euenit? parne cui-  
quam honos obtigit?*

*Magna An-  
na digna-  
tus Depar-  
timent  
fusio.  
Book. 5.*

*Dignitatem excellentiamque S. Annæ ad-  
auger, quād immaculata Virginis Marie,  
Veibi æternæ matris genitrix facta sit. Si enim,  
Sapientis iudicio, *Filius sapientia gloria est Pa-  
tri;* non minus quoque hinc prudens & cor-  
data matris suæ futura est honor & ornamen-  
tum. Cum ergo S. Anna tam prudentis, san-  
cta, perfecta, adeoque admirabilis filiæ  
fuerit mater, quanta eius futura est gloria?  
quanta dignitas? quād admirabilis excellen-  
tia?*

*Lit. 1.  
Elisabet-  
Lut.  
Anna S.  
Elisabet-  
dignatio.  
2 Reg. 6.*

*Si Ioanni Baptista Zicharij filio tanta col-  
lata sit iam inde ab utero materno sanctifica-  
tio, vt & in matrem illa redundaret, adē ut  
& Spiritu sancto, sicut reēt Beda obseruat,  
repetita facit quidam ipsum Annæ nostræ, in  
filia Iugæ sanctificatione, contigisse credamus,  
cum hęc illa fuerit maior, pluribusque gratis  
& benedictionibus insignita; si simplex Messig-  
nus & præcurior tantum mati hono-  
rem & beatitudinem p̄perit, cur hominum  
fiūl & Angelorum regina, filiique Dei ge-  
nitrix non maiorem longe Iugæ afferat? An non  
Annæ, quę Verbi incarnati & Salvatoris  
omnium mortaliū matrem utero tulit,  
conditio ac fors Elisabetæ sorti præponde-  
tabit, quę non nisi hominem in mundum e-  
didit?*

*Tantis Deus Obededom Gethi domum  
benedictionibus curculavit, quād arcā te-  
stimonij ad menses aliquot domi teruasset, vt  
Scriptura dicat, *Benedixit Dominus Obed-  
dom, & dominum eius proper arcām Dei.* Un-  
de hoc efficio, si Leuitus huius domum ita be-  
nevoluit Deus, quād arcām feceris domo*

*dumtaxat exceptisset; Anna vero cū domus  
fuerit, in quo diuinorum thesaurorum arcā, sa-  
cratissima in quam Virgo, Dei mater, nouem  
mentum spatio commorata est, exquisillam  
idē & benedictiones, gratis, charismata cœli-  
tus accepisse, quāta beatitudine donatam  
credemus?*

*Veit itaque de illa dici illud ē Dēl ḍrō de  
Iahel cantico potest, *Benedicta inter mulies.* *Iud. 19.*  
*res Iahel. & benedicatur in tabernaculo  
suo. Benedicatur Iahel in tabernaculo, quād  
in eo Sisaram hostilium copiarum ducem  
consecrisset: Sancta Anna vero inter mulieres  
omnes benedicta est, & ab omnibus omni-  
no Christianis benedici meretur in taberna-  
culo suo, glorioſa inquam Virgine, quam ipsa  
velut tabernaculum filio Dei destinatum tu-  
lit, & in qua non iam Sisara, sed inferiorum  
tyrannus dēmon, & rebellium ac prævarican-  
tium omnium princeps ingulatus est; ipsa  
namque serpens communī caput, & iobur  
hostile potenti manu confregit; hanc ob cau-  
sam sancta hec mater æternas promeretur  
laudes & benedictiones.**

*Refert Alexander ab Alexando vineę *Lib. 4. c. 9.*  
quoddam admirabile genus esse, quę pam-  
pinoſ & folia aurea, racemoſque auri instar  
gemmarumque rutilantes proferat. De rei Vineę, fo-  
huius veritate disceptate nolo, nec curioſia tua que-  
siū indagare: dixero nihilominus S. Annam aurei colo-  
velut egregiam quamdam filiæ vitam in Iu-  
ris prote-  
dæ consitam agro, & aurates frondes protu-  
entes  
listæ, admirabiles inquam virtutes, & race-  
mos auri instar fulgentes & gemmarum in  
orem resplendentes, Virginem inquam Dei-  
param, quę de ſeipſa ait, *Ego quasi vitis fru-* *Eccel. 2.4.*  
*tificus;* & alio loco legitur, *In ſimbris au-* *Pſal. 44.*  
*res circumamicta varietatibus.* Vt vnde  
fulgor vineę decus & ornementum ad-  
dit, eamque reddit admirabilem; ita filiæ  
huius magnitudo, maiestas & excellentia, ma-  
tris virtutes, gratias, ac merita mirum in mo-  
dum perfecta reddit, omnibusque numeris ab-  
soluta.*

*Fulgosius auctor, Lucullo in Asia agenti *Lib. 1. c. 5.*  
terrible in ſomnis atque horrendum ſpe-  
ctuum ſe obtulisse, dixisseque: *Luculle, ami-  
cos tuos venit, ut tecum sit, & commoretur.*  
Excitatus ergo, & quid hęc species porten-  
deret inſcius, dum animo hoc ipſe viuum ve-  
litas.*

lutar & excutit; ecce tibi repente affectur nuntius, Romanos naues aliquot Siculas in fugam compulisse; quæ clade perterritæ statuam quamdam marmoream in littore deseruerunt; in quam ipse postmodum obambulans incidit (erat autem amici illius statua;) hanc ipse cum considerasset & circum vnde intuitus est, nihil se magni inuenisse ratus inuentum contemnebat. At cum tolli eam iussisset, vix loco moueri potuit. E pondere ergo aliud in ea latere agnouit, quā sibi ipse antè persuaserat; igitur aperiens inestimabilis in ea pretij thesaurum reperit. Hæcce Luculli statua Annæ nostræ interioribus animaque persimilis erat. Ipsa namque exteriori quidem schemate, & in oculis hominum, verè inutiles statua erat, mulier inquam ab alijs non differens; sed cordis eius thesaurum & animæ merita si quis consideret, & pro dignitate ponderet, nulla ponderosior, maiorisque pretij mulier exstisit comperietur, vt pote in comparabili thelauro & cincello pretiosissimo, Deipara inquam matre, plena, hæc namque gratiarum omnium thesaurus, de qua scriptum est, *Multa filia congregauerunt sibi diuitias, tu supergressas uniuersas.*

His omnibus ergo ritè ac pro merito examinatis, & ob rationes, quas paulò post subiungam, assero, S. Annam, via excepta filia, omnibus quæ antè exstiterant, & futuris retroseculis exstabunt, mulieribus, sanctitate grata, omnibus tuis, meritisque præcelluisse, ac superiori mulieribus fuisse. Quod hoc pacto confirmo: Quicunque ad aliquid à Deo opus exequendum ele-

ctus est, eo ipso ad eximium gradum euhitur & singularis in eum laetitias prærogatiæ conferatur: & quò opus & munus, ad quod vocatur, maius est & eminentius, eo & maior illi gratia communicatur, per quam ad opus hoc & officium dignus redditur. Huc velut in confirmationem facit, quod in Numeris ad sedentiosos Moses ait, *Quemcumque elegenter Dominus, ipse erit sanctus;* numquam enim aliquem Deus optimus maximus ad sui obsequium ministeriumque vocat, quin collatis in eum gratis simul etiam sanctitatis charismata infundat. Huc addo illud Augustini in illa Apostoli verba, *Elegit nos ante mundi constitutionem, dum ait, Deus quos eligit, bonos facit.* Vnde hoc elicere argu-

mentum licet: Quos Deus eligit, hos bonos simul & sanctos reddit: quos ergo ad dignitatem eminentiorem assunt, sanctiores eos & meliores facit: & vt gradatim ascendamus si ad maximam summamque quempiam dignitatem euocet, illum quoque & optimum & sanctissimum efficiet, secundum hoc Aristotelis axioma, *Sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maximè ad maximè.* In Tropio. Cum igitur iam inde ab omni eternitate beatæ Deus Optimus Maximus Annam elegerit, & è reliquo creaturarum vulgo veluti sequestraverit, vt filij sui matris genitrix foret, (quæ insignis & supereminens est dignitas, & infinite cuiusdam dignitatis opus) credendum est, minimoque dubitandum, quin eam & sanctissimam & perfectissimam reddiderit.

Confirmatur id ipsum ex illis Redemptoris verbis apud Matthæum, *Arbor bona facit fructus bonos;* quæ ergo futura melior, meliores etiæ facies; & quo quæque melior erit, eo & sapientiores proficeret; si vero eminentissime summeque bona, & optima, indubitatum est optimos etiam ex ea fructus progignendos. Certissimum potro est S. Annam excellentissimam, optimam, sanctissimumque tulisse fructum, si quis inquam existit, gloriosissimam quamuscilicet ac sacratissimam Virginem. unde efficiens liceat & colligamus, tam & optimam filios & sanctissimam, & inter omnes mulieres omnigena benedictione cumulatissimam fuisse.

Ad dictorum meorum confirmationem *Lucus 6.* usurpo & illud Luce 6. Saluator docens, ex quo hypocritæ scelerisque pacto argumento, quæ à viris sinceris cognoscere possent, hac usus est metaphora, *A fructibus eorum cognoscetis eos;* quasi dicat, Hypocritas vafroisque suis exercitiis & operibus non fecit cognoscere, quām è fructibus arborem. E fructu scilicet arbor, & ex illius honestate huius cognoscitur Arbor bona ac perfectio. Certissimum est autem, fructus S. Annam, arborem illam eximiam, in Ecclesia videtur plantatam, omnium quos vilaveriderunt scacula fructuum & excellentissimum, & preciosissimum maximeque admirabilem produxisse, eius proinde magnitudo, sanctitas, maiestas & excellentia omnibus terræ mirabilibus magnitudini eminentiæque præf-

Num. 17.

In gloss. ordinis supra epist. ad Ephes. 5. 1.

Omnis. præferatur necesse est. Vnde Damascenus, Ex fructu, inquit, arbor cognoscitur; optima ergo arborum, Iacobim & Anna, ex quibus eximus fructus producuntur est.

Exploratissimum est ergo, Auditores, creaturam hanc sanctam, præ alijs mulieribus, diuinus benedictam, locupletatam, & omnigenitatem prælatam fuisse. Eruo hoc è tribus, quæ in illa cluxere, mirabilibus, quæque ad nomen illius & magnitudinem magis extollendam, ac celo terraque declarandum, quidquid in illa erat, communes aliarum creaturam excellentias longo interuallo translacuisse, in illa efficere diuina maiestas dignata est.

V. Horum mirabilium ac miraculorum, quæ naturam omnem in admirationem rapiunt, primum fuit viginti annorum, diuino potius nutu, quam naturali quodam defectu, procurata sterilitas, nulla ut stirpis successionisque spes supereret. Mirabile dico aut miraculum, non quod ipsa natura sua sterilitas miraculum quid aut prodigiosum sit, cum non nisi purè si pliciterque priuatio quædam sit merè naturalis; sed quod diuino suo eam decreto ac destinatu Deus permisisset, ad magnum inde suo tempore eliciendum mysterium. Atque ut Annae Helcanæ coniugis Dominus vulnus, vt in libris Regum dic tur, conclusit, vt nimis eam deinde reseraret, matrem illam Samuels viri sanctissimi efficiendo; ita quoque verisimile fit, eundem ipsum Deum constituisse, vt Iacobini viri integerimi vxori Anna viginti ipsis annis infœcunda foret, vt post non sine miraculo tam egregia, nobilis, illustrisque filiae, sacratissime scilicet Virginis Mariæ mater redderetur.

Admirabilis huius sterilitatis rationes dant Pates, easque elegantissimas. Primam suppeditat sanctus Ioannes Damascenus, Ut ad incarnationis summum miraculum per miraculum hoc fieret gradus, vtque paulatim è rebus infinitis & abiectis ad magna & sublimia, summaque fieret gradatio.

Idem auctor adfert & secundam, aitque naturam, velut subiectam & inferiorem obsequientissimam, gratiam, ceu reginæ ac dominæ in Virginis conceptione cedere & obsequium quodammodo deferre voluisse: *Natura, inquit, voluit gratia in conceptu Virginis cedere.*

Bess. de Sanctis.

Vt scilicet esse, origo & productio tam perfetta & absolute creaturæ gratiæ diuina, non sit gratia, verò naturæ viribus attribueretur, & verbo vt in Virginis dicam, omniibus manifestum hoc pacto fieret, conceptioœ cœlitus hoc, neu vulgari & terrena quadam ne ratione contingere, opus esse Excelsi & omnipotentis dextræ, quin illustre quoddam miraculum, non verò causæ ordinariæ subalternae que effectum & radium.

Tertia ex Angeli qui Iacobimo apparuisse dicitur verbis colligitur, quæ memoriz ipse mandauit, vt hæc ipsa ad vos afferret, Cum Lib. de ortu alicuius veterum claudit Deus, ait Angelus, ad Virginem, hoc facit, ut mirabilias denouo aperiat, & non libidinis esse quod nascitur, sed diuini munera cognoscatur. S. Annam ergo infœcundam esse Deus voluit, vt, cum ē tali matre Virgo Dei, Deus multipara nascetur, suam ipsa extractionem, conlieres steri-ceptionem, omnemq; originem non sine in-les reddit, signi miraculo à sola Dei gratia, non autem à brutali concupiscentia & sensuali libidine ac miraculo fecundet.

Quarta, è nostro de prompta horto, sithæc. Diuino factum est consilio ac naru, vt sacra-tissima Virgo ē matre sterili ac tanto tempore infœcunda ederetur, quo nascituræ hoc pacto magnitudo excellentiaque patesceret, & nemini non perspecta foret, vt pote de cuius natu-4. Anne steri-litas deno-tabat mag-nitudinem nascituræ Virginis. Ita & in Isaaci & sancti Ioannis Baptista conceptione & ortu contigit, illorumque matrum sterilitas magnitudinis miraculiumque nasciturarum prolium fuit argumentum.

Ratio hec Venerabilis Bedæ auctori tati inni-titur dicentis, Diuinitus, inquit, procuratū est, vigil. S. ut ex sterili matre, & utroque parente proue- Ioan. Bap. citoris statu Ioannes nascetur, quatenus et iam ortus eius miraculo patesceret virum magno virtutis futurum esse. Insinuare, meo iudicio vult, steriles idcirco matres prole cœlius donatas esse, vt nativitatis miraculo ac prodigiō nascitura prolis proderetur dignitas, & originis notatus horoscopus & nouitas, illu-strem illorum sortem futuram declararet, ipsique filij inde nati magni, & in vita admirabiles futuri censeretur, vt pote, qui in primæuo vite exordio communia conditionis humanæ iura ac consuetudinem vulgarem transcedissent.

K k Secun-

**Secundum** in sancta Anna mirabile est, gloriosam eius filiam, Virginem scilicet gloriosam, iam inde à primo conceptionis articulo, in beato matris vtero, rationis esse donatam vsu. Veritatem hanc astruit & confirmat

**Tom 2. ser.** sanctus Bernardus, cuius haec genuina sunt verba : *Ex diuis, inquit, sequitur, quod beata Virgo etiam dum erat in utero matris, habuit usum liberiarum arbitrij, atque lumen perfectum in intellectu & ratione, quasi diceret : Naturali*

**B. Virgo** usum rationis habuit etiam in utero matris. *fieri consuetudine solet, vt, quamdiu proles veluti captiuae, obscuris materni vteri erga fullis continentur, in tenebris etiam agant ignorantiae, adeo, ut non plura mente quam oculis perspiciant, nec plus rationis iudicijque usu polleant, quam si animalia bruta, & sensus omnis rationisq; experti forent. At Virgo singulari quadam prærogativa, & preter conuentus naturæ leges & iura, iam inde ab utero materno rationis usum natu, libero voluntatis arbitrio usu est, eiusque intellectus, pulsis ignorantiae tenebris ac nebula, perfecto donatus fuit lumine, quo cuncta perspexit. Eiusdem quoque opinio nis est Dionyfius Carthusianus*

*Art. 1. c. 12. libr. de laudib. incomparabilis Virginis.*

**3 P. q. 27.** Refragatur ei tamen D. Thomas, cum palam ait, *Virgo non statim habuit usum liberiarum arbitrij, adhuc existens in utero matris, hoc enim est speciale priuilegium Christi. perinde ac si diceret, Deipara ante debitum tempus libertatem, cognitionem aliquaque rationis actus non habuit, et quod ioli Iesu Christo, æterni Patris filio hocce priuilegium ac prærogatiua concessa sit. Tametsi magnum, doctum, sanctumque hunc virum summoperè suspiciam, in hoc tamen punto ab eo decisco, in alia longe ratione fortiore vrgente abreptus. Concedo quidem singularem hanc prærogatiua fuisse, & Iesu Christo propriam, cum tamen Joanni Baptista ea data sit, Virginis cur Deipara negetur? dicere nefas erit matrem Dei inferiorem minoremque fuisse Ioanne Zachariae filio? nequaquam, auditores: nec enim id ratio finit aut equitas.*

**Angeli à** primo creationis suæ instanti cognitione donati.

*Certum infuper est, Angelos, beatos illos cœi ciues iam inde à primo creationis suæ momento cognitione donatos, & libero voluntatis arbitrio. Conueniens ergo, & honori Filii Dei, & Deipara dignitati decens fuit, idem in ipsam priuilegium conferri, eadem-*

que gratia donari, ne in hoc forsitan Angelis foret inferior, illa scilicet, qua ceteris in rebus infinito eos interuallo supererabat. Deinde in Apocalypsi representatur ut mulier amictus sole, & vndique splendens & fulgens, ut nimis hinc euidentis fiat, eam tam intra quam extra matris uterum, numquam fusile rationis usu, nec perfectæ cognitionis radijs substitutam.

Tertium deniq; mirabile, quod sanctam hanc matronam non parum illustrauit, fuit, Tertium quod beata eius filia, gloriofissima sc. Deipara, S. Anna sine peccato originali, aut ylla macula in gratia ab illa concepta fuerit; quod singulare sancte fuit priuilegium, ac nemini nisi S. Anna concessum. Hoc vt probemus, meminerimus oportet, duplex in sacris Litteris pondus ac mensuram contineri, unum sacris, alterum rebus profanis ponderandis ac dimetiendis, quorum illud sanctuarij, hoc commune ac vulgare dicebatur. Vnde Leuit 27. legimus: *Dabit quinquaginta sicles ad mensuram sanctuarij & alibi eodem in libro, Emi potest duobus sicles, in xta pondus sanctuarij.* Vnde hoc Lenit. modo concludo, si sanctuarij mensura à communi & vulgari disrepbat, par etiam est, mensuram ac pondus, quo sacratissimæ Virginis, diuini illius sanctuarij & admirabilis matris. Dei res ponderamus, plurimum à pondere ac statera diffire, qua aliarum mulierum & virorum, qui velut plebs & vulgus sunt, statu, qualitatem, perfectionesque ponderamus. Quidquid in Virginis est, & omne eius pectus, valor & existimatio, ad retum sanctarum bis annem appendendum est. Commune rel. quorum creaturarum pondus, & mensura vulgaris hac Virginis est, Omnes in Adamo peccauerunt, & mortui status disfunt & illud Psalmi Ecce enim in iniurias cerebatur concepus sum, & in peccatis conceps me mater aliorum mea: quasi dicitur, Vita mea ab aliorum vita statu, non discrepat, euudem pretij est, sed dem ap. 1. Cor. 15: penditur pondus, cum in jisdem concepus sum peccatis, quibus alii. Verum separatum diutiumque ab alijs pondus habet Deipara, cum à communim ipsa fuit clade exempta; & vniuerso mundo peccati originalis aquis adoluta, sola id ipsa euaserit.

Huc peregregie facit, quod in Esther histo- *Esth. 15: ria prodium est. Cum enim perfido Aman in tumultu & afflictione in regio Affueri con-*

cili.

cilio generalis in vniuersam Iudeorum gentem mortis lata esset sententia; rex ipse venustus Estheris amore ille otus ab hac eam sententia exire vult, sic eam est allocutus: *Non morieris Esther, non enim pro te, sed pro omnibus haec lex constituta est.* Quod rex ille Persarum in Estheris gratiam olim dixit, communis eam strage excipiens; id ipsum à totius vniuersi rege ad cœli terræ reginam dictum fuisse fit verisimile, dum ab ea æternum illud decretum, quod peccati mortem comminabatur, & in omnes omnino mortales latum erat, abstulit: *Non morieris.* Mardochæi nepti dictum fuit, & a generali Iudeis omnibus impendente decretaq; mortis sententia eriperis; sed S. Annæ filia dictum fuit, Morte peccati originalis in utero matris non emorieris, ab ea te Deus eximit, te solam excipit, non enim lex illa tibi, sed ceteris constituta est.

Hæ ergo sunt excellentiæ, Auditores, prærogatiuæ, & mirabilia, quæ sanctæ Annæ honorem virtutemque, velut indiuiduæ quædam comites, semper sunt comitatae. Eius videlicet sanctitatem, integratatem, virtutum complementum, meritorum thesaurum, immensum gratiarum pelagus, & simul vniuersas animæ eius perfectiones; quarum de causa eam communis fecerimus, & præ reliquis terræ matronis laudibus cumulamus. Ex toto ergo eam corde honorate, nobilitatem eius, progeniem, decus, & genus ad sanctuarij pondus appendite; nolite vero ad vulgarem a liatum creaturam mensuram excellentiarum ac meritorum eius premium valoremq; ponderare. Nihil in illa vulgare, sed omnia rara & singularia, omnia magnifica, & eius altitudinem redolentia; nihil in ea vile & exiguum, sed omnia extra communem rerum ordinem, & mirabilia, fuit deniq; primarium quoddam & eximum omnipotens Dei in terra opus.

Ceterum his illam dotibus & perfectionibus a Deo donari, ac prærogatiuis condecorari oportebat, cum ab omni eam æternitate destinasset & præuidisset, velut primarium ac princeps ad mundi redemptionem, & in primis necessarium instrumentum, nimirum ex vniuersa natura humana massa ac turba selecta, quæ eius foret Virginis mater, quæ Mefiam, Dei filium ac totius est vniuersi Salvatorem allatura. Coelum sanè vniuersos suos

in illam thesauros & promptuaria effudisse oportuit, quò inter omnes Adæ filias, & orbis totius mulieres primam à filia sua eam redideret ac principem. Hanc ergo honorate Christiani, vestra illi vota offerte fideles, eius mensuras dimetiamini, & æternis eam numquam non laudibus cumulate.

Quam hoc porrò æquum est & rationi consonum beatissima mulier! cœlum, terra, homines iuxta atque Angeli nimium quantum te honorare, & omni quo possunt modo laudare ac prædicare tenentur. Fuisti namq; è primis Ecclesiæ lapidibus fundamentalibus, è primis redemptionis nostræ operibus, è præcipuis gemmis in Summi Pontificis rationali collucentibus, deniq; è maximis orbis miraculis & prodigijs. Fuisti adhuc paradisus illæ terrestris, in cuius medio Virgo beatissima velut Gen. 2. Exod. 25.

generosa quædam arbor consita, Iesum Christum, æternæ vitæ fructum, nobis protulit. Fuisti lignum illud Sethim, lignum æternum, & Omnis corruptionis expers, è quo arca Testamenti compacta fuit, in qua non iam manna, nec legis tabulæ, sed ipsomet legislator requiesceret. Fuisti benedicta illa viuentium terra, quæ sacratissimam Virginem genuit, semper in gratia viuentem, & numquani peccato mortuam, & per eam ipsummet vitæ auctorem Iesum Christum mundi Redemptorem. Fuisti denique, vt quidem D. Hieronymus ait, illa Iiæ verba, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet;* interpretatus, virga illa Iesse, è qua Virgo mater velut virgula, & Iesus Christus cui regius quidam flos pulularunt. Horum omnium ob causam & hisce titulis, summo te honore prosequimur, tibiique communi omnium summisione pietateque supplicamus, ita vt nobis tuis adfis precibus & intercessionibus, vt tandem a Deo optimo maximo delictorum in hoc mundo remissionem & indulgentiam, in altero vero gloriæ eius possessionem impetremus, ad quam nos dirigere dignetur Deus Pater, vñigenitusque eius Filius, ac gloriosus

Spiritus sanctus,  
Amen.

Kkk 2 IN FE-

Virgo à  
peccati ori-  
ginis le-  
ge exulta.

Omnia ra-  
tina S. An-  
næ.

S. Anna ab  
omni æter-  
nitate de-  
stinata in  
marem  
Departare.